

Epistola Ioannis I

1:1 quod fuit ab initio quod audiuius quod uidimus oculis nostris quod perspeximus et manus nostrae temptauerunt de uerbo uitae 1:2 et uita manifestata est et uidimus et testamur et adnuntiamus uobis uitam aeternam quae erat apud Patrem et apparuit nobis 1:3 quod uidimus et audiuius adnuntiamus et uobis ut et uos societatem habeatis nobiscum et societas nostra sit cum Patre et cum Filio eius Iesu Christo 1:4 et haec scribimus uobis ut gaudium nostrum sit plenum 1:5 et haec est adnuntiatio quam audiuius ab eo et adnuntiamus uobis quoniam Deus lux est et tenebrae in eo non sunt ullae 1:6 si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo et in tenebris ambulamus mentimur et non facimus ueritatem 1:7 si autem in luce ambulemus sicut et ipse est in luce societatem habemus ad inuicem et sanguis Iesu Filii eius mundat nos ab omni peccato 1:8 si dixerimus quoniam peccatum non habemus ipsi nos seducimus et ueritas in nobis non est 1:9 si confiteamur peccata nostra fidelis est et iustus ut remittat nobis peccata et emundet nos ab omni iniquitate 1:10 si dixerimus quoniam non peccauimus mendacem facimus eum et uerbum eius non est in nobis

2:1 filioli mei haec scribo uobis ut non peccetis sed et si quis peccauerit aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum 2:2 et ipse est propitiatio pro peccatis nostris non pro nostris autem tantum sed etiam pro totius mundi 2:3 et in hoc scimus quoniam cognouimus eum si mandata eius obseruemus 2:4 qui dicit se nosse eum et mandata eius non custodit mendax est in hoc ueritas non est 2:5 qui autem seruat uerbum eius uere in hoc caritas Dei perfecta est in hoc scimus quoniam in ipso sumus 2:6 qui dicit se in ipso manere debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare 2:7 carissimi non mandatum nouum scribo uobis sed mandatum uetus quod habuistis ab initio mandatum uetus est uerbum quod audistis 2:8 iterum mandatum nouum scribo uobis

1:1 That which was from the beginning, which we have heard, which we have seen with our eyes, which we have looked upon, and our hands have handled, of the Word of life;

1:2 (For the life was manifested, and we have seen it, and bear witness, and shew unto you that eternal life, which was with the Father, and was manifested unto us;)

1:3 That which we have seen and heard declare we unto you, that ye also may have fellowship with us: and truly our fellowship is with the Father, and with his Son Jesus Christ.

1:4 And these things write we unto you, that your joy may be full.

1:5 This then is the message which we have heard of him, and declare unto you, that God is light, and in him is no darkness at all.

1:6 If we say that we have fellowship with him, and walk in darkness, we lie, and do not the truth:

1:7 But if we walk in the light, as he is in the light, we have fellowship one with another, and the blood of Jesus Christ his Son cleanseth us from all sin.

1:8 If we say that we have no sin, we deceive ourselves, and the truth is not in us.

1:9 If we confess our sins, he is faithful and just to forgive us our sins, and to cleanse us from all unrighteousness.

1:10 If we say that we have not sinned, we make him a liar, and his word is not in us.

2:1 My little children, these things write I unto you, that ye sin not. And if any man sin, we have an advocate with the Father, Jesus Christ the righteous:

2:2 And he is the propitiation for our sins: and not for our's only, but also for the sins of the whole world.

2:3 And hereby we do know that we know him, if we keep his commandments.

2:4 He that saith, I know him, and keepeth not his commandments, is a liar, and the truth is not in him.

2:5 But whoso keepeth his word, in him verily is the love of God perfected: hereby know we that we are in him.

2:6 He that saith he abideth in him ought himself also so to walk, even as he walked.

2:7 Brethren, I write no new commandment unto you, but an old commandment which ye had from the beginning. The old commandment is the word which ye have heard from the beginning.

2:8 Again, a new commandment I write unto you, which thing is true in him and in you: because the darkness is past, and the true light now shineth.

Biblia Sacra Vulgata

2:9 He that saith he is in the light, and hateth his brother, is in darkness even until now.

2:10 He that loveth his brother abideth in the light, and there is none occasion of stumbling in him.

2:11 But he that hateth his brother is in darkness, and walketh in darkness, and knoweth not whither he goeth, because that darkness hath blinded his eyes.

2:12 I write unto you, little children, because your sins are forgiven you for his name's sake.

2:13 I write unto you, fathers, because ye have known him that is from the beginning. I write unto you, young men, because ye have overcome the wicked one. I write unto you, little children, because ye have known the Father.

2:14 I have written unto you, fathers, because ye have known him that is from the beginning. I have written unto you, young men, because ye are strong, and the word of God abideth in you, and ye have overcome the wicked one.

2:15 Love not the world, neither the things that are in the world. If any man love the world, the love of the Father is not in him.

2:16 For all that is in the world, the lust of the flesh, and the lust of the eyes, and the pride of life, is not of the Father, but is of the world.

2:17 And the world passeth away, and the lust thereof: but he that doeth the will of God abideth for ever.

2:18 Little children, it is the last time: and as ye have heard that antichrist shall come, even now are there many antichrists; whereby we know that it is the last time.

2:19 They went out from us, but they were not of us; for if they had been of us, they would no doubt have continued with us: but they went out, that they might be made manifest that they were not all of us.

2:20 But ye have an unction from the Holy One, and ye know all things.

2:21 I have not written unto you because ye know not the truth, but because ye know it, and that no lie is of the truth.

2:22 Who is a liar but he that denieth that Jesus is the Christ? He is antichrist, that denieth the Father and the Son.

2:23 Whosoever denieth the Son, the same hath not the Father: he that acknowledgeth the Son hath the Father also.

2:24 Let that therefore abide in you, which ye have heard from the beginning. If that which ye have heard from the beginning shall remain in you, ye also shall continue in the Son, and in the Father.

quod est uerum et in ipso et in uobis quoniam tenebrae trans-
eunt et lumen uerum iam lucet 2:9 qui dicit se in luce esse
et fratrem suum odit in tenebris est usque adhuc 2:10 qui
diligat fratrem suum in lumine manet et scandalum in eo non
est 2:11 qui autem odit fratrem suum in tenebris est et in
tenebris ambulat et nescit quo eat quoniam tenebrae obcae-
cauerunt oculos eius 2:12 scribo uobis filioli quoniam re-
mittuntur uobis peccata propter nomen eius 2:13 scribo uo-
bis patres quoniam cognouistis eum qui ab initio est scribo
uobis adulescentes quoniam uicistis malignum 2:14 scripsi
uobis infantes quoniam cognouistis Patrem scripsi uobis pa-
tres quia cognouistis eum qui ab initio scripsi uobis adules-
centes quia fortes estis et uerbum Dei in uobis manet et uici-
stis malignum 2:15 nolite diligere mundum neque ea quae
in mundo sunt si quis diligit mundum non est caritas Patris in
eo 2:16 quoniam omne quod est in mundo concupiscentia
carnis et concupiscentia oculorum est et superbia uitae quae
non est ex Patre sed ex mundo est 2:17 et mundus transit
et concupiscentia eius qui autem facit uoluntatem Dei manet
in aeternum 2:18 filioli nouissima hora est et sicut audistis
quia antichristus uenit nunc antichristi multi facti sunt unde
scimus quoniam nouissima hora est 2:19 ex nobis prodii-
runt sed non erant ex nobis nam si fuissent ex nobis per-
mansissent utique nobiscum sed ut manifesti sint quoniam
non sunt omnes ex nobis 2:20 sed uos unctionem habetis
a Sancto et nostis omnia 2:21 non scripsi uobis quasi ig-
norantibus ueritatem sed quasi scientibus eam et quoniam
omne mendacium ex ueritate non est 2:22 quis est mendax
nisi is qui negat quoniam Iesus non est Christus hic est an-
tichristus qui negat Patrem et Filium 2:23 omnis qui negat
Filiu nec Patrem habet qui confitetur Filium et Patrem ha-
bet 2:24 uos quod audistis ab initio in uobis permaneat si
in uobis permanserit quod ab initio audistis et uos in Filio et

Epistola Ioannis I

Patre manebitis 2:25 et haec est repromissio quam ipse pollicitus est nobis uitam aeternam 2:26 haec scripsi uobis de eis qui seducunt uos 2:27 et uos unctionem quam accepistis ab eo manet in uobis et non necesse habetis ut aliquis doceat uos sed sicut unctio eius docet uos de omnibus et uerum est et non est mendacium et sicut docuit uos manete in eo 2:28 et nunc filioli manete in eo ut cum apparuerit habeamus fiduciam et non confundamur ab eo in aduentu eius 2:29 si scitis quoniam iustus est scitote quoniam et omnis qui facit iustitiam ex ipso natus est

3:1 uidete qualem caritatem dedit nobis Pater ut filii Dei nominemur et sumus propter hoc mundus non nouit nos quia non nouit eum 3:2 carissimi nunc filii Dei sumus et nondum apparuit quid erimus scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus quoniam uidebimus eum sicuti est 3:3 et omnis qui habet spem hanc in eo sanctificat se sicut et ille sanctus est 3:4 omnis qui facit peccatum et iniquitatem facit et peccatum est iniquitas 3:5 et scitis quoniam ille apparuit ut peccata tolleret et peccatum in eo non est 3:6 omnis qui in eo manet non peccat omnis qui peccat non uidit eum nec cognouit eum 3:7 filioli nemo uos seducat qui facit iustitiam iustus est sicut et ille iustus est 3:8 qui facit peccatum ex diabolo est quoniam ab initio diabolus peccat in hoc apparuit Filius Dei ut dissoluat opera diaboli 3:9 omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit quoniam semen ipsius in eo manet et non potest peccare quoniam ex Deo natus est 3:10 in hoc manifesti sunt filii Dei et filii diaboli omnis qui non est iustus non est de Deo et qui non diligit fratrem suum 3:11 quoniam haec est adnuntiatio quam audistis ab initio ut diligamus alterutrum 3:12 non sicut Cain ex maligno erat et occidit fratrem suum et propter quid occidit eum quoniam opera eius maligna erant fratris autem eius iusta 3:13 nolite mirari fratres si odit uos mundus 3:14 nos scimus quoniam

2:25 And this is the promise that he hath promised us, even eternal life.

2:26 These things have I written unto you concerning them that seduce you.

2:27 But the anointing which ye have received of him abideth in you, and ye need not that any man teach you: but as the same anointing teacheth you of all things, and is truth, and is no lie, and even as it hath taught you, ye shall abide in him.

2:28 And now, little children, abide in him; that, when he shall appear, we may have confidence, and not be ashamed before him at his coming.

2:29 If ye know that he is righteous, ye know that every one that doeth righteousness is born of him.

3:1 Behold, what manner of love the Father hath bestowed upon us, that we should be called the sons of God: therefore the world knoweth us not, because it knew him not.

3:2 Beloved, now are we the sons of God, and it doth not yet appear what we shall be: but we know that, when he shall appear, we shall be like him; for we shall see him as he is.

3:3 And every man that hath this hope in him purifieth himself, even as he is pure.

3:4 Whosoever committeth sin transgresseth also the law: for sin is the transgression of the law.

3:5 And ye know that he was manifested to take away our sins; and in him is no sin.

3:6 Whosoever abideth in him sinneth not: whosoever sinneth hath not seen him, neither known him.

3:7 Little children, let no man deceive you: he that doeth righteousness is righteous, even as he is righteous.

3:8 He that committeth sin is of the devil; for the devil sinneth from the beginning. For this purpose the Son of God was manifested, that he might destroy the works of the devil.

3:9 Whosoever is born of God doth not commit sin; for his seed remaineth in him: and he cannot sin, because he is born of God.

3:10 In this the children of God are manifest, and the children of the devil: whosoever doeth not righteousness is not of God, neither he that loveth not his brother.

3:11 For this is the message that ye heard from the beginning, that we should love one another.

3:12 Not as Cain, who was of that wicked one, and slew his brother. And wherefore slew he him? Because his own works were evil, and his brother's righteous.

3:13 Marvel not, my brethren, if the world hate you.

3:14 We know that we have passed from death unto life, because we love the brethren. He that loveth not his brother abideth in death.

Biblia Sacra Vulgata

3:15 Whosoever hateth his brother is a murderer: and ye know that no murderer hath eternal life abiding in him.

3:16 Hereby perceive we the love of God, because he laid down his life for us: and we ought to lay down our lives for the brethren.

3:17 But whoso hath this world's good, and seeth his brother have need, and shutteth up his bowels of compassion from him, how dwelleth the love of God in him?

3:18 My little children, let us not love in word, neither in tongue; but in deed and in truth.

3:19 And hereby we know that we are of the truth, and shall assure our hearts before him.

3:20 For if our heart condemn us, God is greater than our heart, and knoweth all things.

3:21 Beloved, if our heart condemn us not, then have we confidence toward God.

3:22 And whatsoever we ask, we receive of him, because we keep his commandments, and do those things that are pleasing in his sight.

3:23 And this is his commandment, That we should believe on the name of his Son Jesus Christ, and love one another, as he gave us commandment.

3:24 And he that keepeth his commandments dwelleth in him, and he in him. And hereby we know that he abideth in us, by the Spirit which he hath given us.

4:1 Beloved, believe not every spirit, but try the spirits whether they are of God: because many false prophets are gone out into the world.

4:2 Hereby know ye the Spirit of God: Every spirit that confesseth that Jesus Christ is come in the flesh is of God:

4:3 And every spirit that confesseth not that Jesus Christ is come in the flesh is not of God: and this is that spirit of antichrist, whereof ye have heard that it should come; and even now already is it in the world.

4:4 Ye are of God, little children, and have overcome them: because greater is he that is in you, than he that is in the world.

4:5 They are of the world: therefore speak they of the world, and the world heareth them.

4:6 We are of God: he that knoweth God heareth us; he that is not of God heareth not us. Hereby know we the spirit of truth, and the spirit of error.

4:7 Beloved, let us love one another: for love is of God; and every one that loveth is born of God, and knoweth God.

translati sumus de morte in uitam quoniam diligimus fratres qui non diligit manet in morte 3:15 omnis qui odit fratrem suum homicida est et scitis quoniam omnis homicida non habet uitam aeternam in se manentem 3:16 in hoc cognouimus caritatem quoniam ille pro nobis animam suam posuit et nos debemus pro fratribus animas ponere 3:17 qui habuerit substantiam mundi et uiderit fratrem suum necesse habere et clauserit uiscera sua ab eo quomodo caritas Dei manet in eo 3:18 filioli non diligamus uerbo nec lingua sed opere et ueritate 3:19 in hoc cognoscimus quoniam ex ueritate sumus et in conspectu eius suadeamus corda nostra 3:20 quoniam si reprehenderit nos cor maior est Deus corde nostro et nouit omnia 3:21 carissimi si cor non reprehenderit nos fiduciam habemus ad Deum 3:22 et quodcumque petierimus accipiemus ab eo quoniam mandata eius custodimus et ea quae sunt placita coram eo facimus 3:23 et hoc est mandatum eius ut credamus in nomine Filii eius Iesu Christi et diligamus alterutrum sicut dedit mandatum nobis 3:24 et qui seruat mandata eius in illo manet et ipse in eo et in hoc scimus quoniam manet in nobis de Spiritu quem nobis dedit

4:1 carissimi nolite omni spiritui credere sed probate spiritus si ex Deo sint quoniam multi pseudoprophetae exierunt in mundum 4:2 in hoc cognoscitur Spiritus Dei omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse ex Deo est 4:3 et omnis spiritus qui soluit Iesum ex Deo non est et hoc est antichristi quod audistis quoniam uenit et nunc iam in mundo est 4:4 uos ex Deo estis filioli et uicistis eos quoniam maior est qui in uobis est quam qui in mundo 4:5 ipsi de mundo sunt ideo de mundo loquuntur et mundus eos audit 4:6 nos ex Deo sumus qui nouit Deum audit nos qui non est ex Deo non audit nos in hoc cognoscimus Spiritum ueritatis et spiritum erroris 4:7 carissimi diligamus inuicem quoniam caritas ex Deo est et omnis qui diligit ex Deo natus

Epistola Ioannis I

est et cognoscit Deum 4:8 qui non diligit non nouit Deum quoniam Deus caritas est 4:9 in hoc apparuit caritas Dei in nobis quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum ut uiuamus per eum 4:10 in hoc est caritas non quasi nos dilexerimus Deum sed quoniam ipse dilexit nos et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris 4:11 carissimi si sic Deus dilexit nos et nos debemus alterutrum diligere 4:12 Deum nemo uidit umquam si diligamus inuicem Deus in nobis manet et caritas eius in nobis perfecta est 4:13 in hoc intellegimus quoniam in eo manemus et ipse in nobis quoniam de Spiritu suo dedit nobis 4:14 et nos uidi-mus et testificamur quoniam Pater misit Filium saluatorem mundi 4:15 quisque confessus fuerit quoniam Iesus est Filius Dei Deus in eo manet et ipse in Deo 4:16 et nos cognouimus et credidimus caritati quam habet Deus in nobis Deus caritas est et qui manet in caritate in Deo manet et Deus in eo 4:17 in hoc perfecta est caritas nobiscum ut fiduciam habeamus in die iudicii quia sicut ille est et nos sumus in hoc mundo 4:18 timor non est in caritate sed perfecta caritas foras mittit timorem quoniam timor poenam habet qui autem timet non est perfectus in caritate 4:19 nos ergo diligamus quoniam Deus prior dilexit nos 4:20 si quis dixerit quoniam diligo Deum et fratrem suum oderit mendax est qui enim non diligit fratrem suum quem uidit Deum quem non uidit quomodo potest diligere 4:21 et hoc mandatum habemus ab eo ut qui diligit Deum diligat et fratrem suum

5:1 omnis qui credit quoniam Iesus est Christus ex Deo natus est et omnis qui diligit eum qui genuit diligit eum qui natus est ex eo 5:2 in hoc cognoscimus quoniam diligimus natos Dei cum Deum diligamus et mandata eius faciamus 5:3 haec est enim caritas Dei ut mandata eius custodiamus et mandata eius grauia non sunt 5:4 quoniam omne quod natum est ex Deo uincit mundum et haec est uictoria quae

4:8 He that loveth not knoweth not God; for God is love.

4:9 In this was manifested the love of God toward us, because that God sent his only begotten Son into the world, that we might live through him.

4:10 Herein is love, not that we loved God, but that he loved us, and sent his Son to be the propitiation for our sins.

4:11 Beloved, if God so loved us, we ought also to love one another.

4:12 No man hath seen God at any time. If we love one another, God dwelleth in us, and his love is perfected in us.

4:13 Hereby know we that we dwell in him, and he in us, because he hath given us of his Spirit.

4:14 And we have seen and do testify that the Father sent the Son to be the Saviour of the world.

4:15 Whosoever shall confess that Jesus is the Son of God, God dwelleth in him, and he in God.

4:16 And we have known and believed the love that God hath to us. God is love; and he that dwelleth in love dwelleth in God, and God in him.

4:17 Herein is our love made perfect, that we may have boldness in the day of judgment: because as he is, so are we in this world.

4:18 There is no fear in love; but perfect love casteth out fear: because fear hath torment. He that feareth is not made perfect in love.

4:19 We love him, because he first loved us.

4:20 If a man say, I love God, and hateth his brother, he is a liar: for he that loveth not his brother whom he hath seen, how can he love God whom he hath not seen?

4:21 And this commandment have we from him, That he who loveth God love his brother also.

5:1 Whosoever believeth that Jesus is the Christ is born of God: and every one that loveth him that begat loveth him also that is begotten of him.

5:2 By this we know that we love the children of God, when we love God, and keep his commandments.

5:3 For this is the love of God, that we keep his commandments: and his commandments are not grievous.

5:4 For whatsoever is born of God overcometh the world: and this is the victory that overcometh the world, even our faith.

Biblia Sacra Vulgata

5:5 Who is he that overcometh the world, but he that believeth that Jesus is the Son of God?

5:6 This is he that came by water and blood, even Jesus Christ; not by water only, but by water and blood. And it is the Spirit that beareth witness, because the Spirit is truth.

5:7 For there are three that bear record in heaven, the Father, the Word, and the Holy Ghost: and these three are one.

5:8 And there are three that bear witness in earth, the Spirit, and the water, and the blood: and these three agree in one.

5:9 If we receive the witness of men, the witness of God is greater: for this is the witness of God which he hath testified of his Son.

5:10 He that believeth on the Son of God hath the witness in himself: he that believeth not God hath made him a liar; because he believeth not the record that God gave of his Son.

5:11 And this is the record, that God hath given to us eternal life, and this life is in his Son.

5:12 He that hath the Son hath life; and he that hath not the Son of God hath not life.

5:13 These things have I written unto you that believe on the name of the Son of God; that ye may know that ye have eternal life, and that ye may believe on the name of the Son of God.

5:14 And this is the confidence that we have in him, that, if we ask any thing according to his will, he heareth us:

5:15 And if we know that he hear us, whatsoever we ask, we know that we have the petitions that we desired of him.

5:16 If any man see his brother sin a sin which is not unto death, he shall ask, and he shall give him life for them that sin not unto death. There is a sin unto death: I do not say that he shall pray for it.

5:17 All unrighteousness is sin: and there is a sin not unto death.

5:18 We know that whosoever is born of God sinneth not; but he that is begotten of God keepeth himself, and that wicked one toucheth him not.

5:19 And we know that we are of God, and the whole world lieth in wickedness.

5:20 And we know that the Son of God is come, and hath given us an understanding, that we may know him that is true, and we are in him that is true, even in his Son Jesus Christ. This is the true God, and eternal life.

5:21 Little children, keep yourselves from idols. Amen.

uincit mundum fides nostra 5:5 quis est qui uincit mundum nisi qui credit quoniam Iesus est Filius Dei 5:6 hic est qui uenit per aquam et sanguinem Iesus Christus non in aqua solum sed in aqua et sanguine et Spiritus est qui testificatur quoniam Christus est ueritas 5:7 quia tres sunt qui testimonium dant 5:8 Spiritus et aqua et sanguis et tres unum sunt 5:9 si testimonium hominum accipimus testimonium Dei maius est quoniam hoc est testimonium Dei quod maius est quia testificatus est de Filio suo 5:10 qui credit in Filio Dei habet testimonium Dei in se qui non credit Filio mendacem facit eum quoniam non credidit in testimonio quod testificatus est Deus de Filio suo 5:11 et hoc est testimonium quoniam uitam aeternam dedit nobis Deus et haec uita in Filio eius est 5:12 qui habet Filium habet uitam qui non habet Filium Dei uitam non habet 5:13 haec scripsi uobis ut sciatis quoniam uitam habetis aeternam qui creditis in nomine Filii Dei 5:14 et haec est fiducia quam habemus ad eum quia quodcumque petierimus secundum uoluntatem eius audit nos 5:15 et scimus quoniam audit nos quicquid petierimus scimus quoniam habemus petitiones quas postulauimus ab eo 5:16 qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petet et dabit ei uitam peccantibus non ad mortem est peccatum ad mortem non pro illo dico ut roget 5:17 omnis iniquitas peccatum est et est peccatum non ad mortem 5:18 scimus quoniam omnis qui natus est ex Deo non peccat sed generatio Dei conseruat eum et malignus non tangit eum 5:19 scimus quoniam ex Deo sumus et mundus totus in maligno positus est 5:20 et scimus quoniam Filius Dei uenit et dedit nobis sensum ut cognoscamus uerum Deum et simus in uero Filio eius hic est uerus Deus et uita aeterna 5:21 filioli custodite uos a simulacris